

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Nicolaus Schütze Gebhard Kleinow

**Collegii Contractuum Disputatio X. De Mandato,**

Rostochi[i]: Pedanus, 1626

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731518608>

Druck Freier  Zugang



Auftrag (Mandat)

Nicol Scheiz (5. o. Kleinow)<sup>Kert.</sup>  
R. U. iir. 1626.



22.  
Collegij Contractuum  
Disputatio X.  
**DE MANDATO,**

*Quam*  
Individuâ Trinitate adstante  
*Amplissimâ Facultate Juridicâ in celeberrimâ*  
*Academâ Megapolensi consentiente*

*Sub Præsidio*  
**NICOLAI Schüzen**  
Rostoch.

*Placido Dnn. Opponentium*  
*Examini submittit*

**GEBERHARDUS à Kleinow**  
Nobil. Megapolit.

22 Decemb. Horis & loco consuetis.



**RostochI**

*Excudebat JOACHIMUS PEDANUS,*  
*Anno M DC XXVI.*

1626

RE:

LIBER  
OTACIUS AMET

the original library

of the University of Rostock

0101339602

MICROFILM



Digitized by Google

352

## THESIS I.

**R**ioribus eorum, qui solo Consensu perficiuntur, Contractuum speciebus hactenus pertractatis, ultima ejusdem classis discutienda supereft Mandati Obligatio l. i. in princ. ff. mandat. l. 2. ff. de O. & A. in princ. Inst. de O. ex cons. usu sanè propter equeundi sine damni metu facilitatem, quodque minus præstationum continet præcedente Societatis Contractu non modo frequentior Donell. 13. comm. 10. omnibusq; alijs, quod originem ex officio atque amicitia trahat l. i. §. 4. ff. b. t. excellenter Bald ad rubric ff. eodem sed & Societatibus & Commerciis hominum vicariâ amicorum operâ in expediendis negotijs indigenitum perquam necessaria l. i. §. 2. ff. de procurat. Conn. 7. comm. 14.

II. Dicitur a. Mandatum quasi manu (eò quod iu Mandatis dandis accipiendisq; manus sibi invicem dari, quod fidei symbolum apud plerasq; gentes fuit, & hodiè in mutuis promissionibus vulgo adhuc observari cernitur, mos erat) Briffon. in lexic. verb. Mandare Mozz. hic in princip. n. 2. Oldendorp. claf 4. act. 24. Azo in summ. C. Bald. in rubric. & Wesemb. in parat. n. 2 ff. Idemq; ad princ. ubi quoq; Myns. Schneidw. & DD. communiter Inst. b. t. vel in manum datum i. potestati alterius commissum arg. princ. Inst. de libertin. §. 6. Inst. quib. mod. Jus pat. pot. (unde Commissiones hujusmodi Mandata appellantur Vall lib. 5. eleg. Oldendorp. d. loc.) Hinc Mandare alij quid, quod per se quis facturus suiset suo nomine gerendum expediendumq; committere. Quo sensu à publicis Magistratum Præceptis, privatis Dominorum, Parentum ceterorumq; Jussis, necessitatem obsequij propter potestatem imperantium, secus quam in præsenti sit, ubi exemplo ceterorum Contractuum l. 5. C. de O. & A. spontanea Mandatum suscipientis voluntas obligationis demum nexus inducit l. 19. §. 2. ff. de negot. gest. l. 27. §. 2. ff. §. 11. Inst. b. t. exigentibus l. 4. & ibi Dec. l. 167. §. 1. ff. de

A 2

R. J.

R. J. c. quod quis ibi Dyn. eodem in sexto Dec. post alias in l. 5. n. 51.  
ff. de jurisd. distinguitur.

III. Definitur Mandatum Contractus l. 2. §. 3. ff. de O. & A.  
in princ. Inst. de O. ex conf. l. 23. de R. J. non Officium, uti male sen-  
tiunt Azo Accurs. Bart. Bald. Salic. ad rubric. eosq; sequutus Mozz.  
bic. n. 7. à Donell. (qui tamen & ipse vocem Contractus generis lo-  
co Mandato imperitiè attribui minus rectè asserit) idcirco repre-  
henfi d. lib. 13. comment. c. 10. Juris gentium l. 7. §. 1. ff. de pact. §.  
2. in fin. Inst. de J. N. G. & C. Nominatus d. l. 7. §. 1. & ibi Gloss.  
Cajac. & DD. communiter l. 1. §. 2 ff. de rer. permuat. Bonæ fidei  
§. 28. Inst. de action. consensu initus d. l. 1. in princ ff. b. t. d. l. 2.  
in princ. ff. de O. & A. d. l. 1. §. 2. ff. de rer. permuat. d. princ. Inst. de O.  
ex conf. de faciendo aliquid gratuito d. l. 1. §. 4. §. 13. Inst. b. t.  
l. 22. ff. de prescript. verb. & honeste l. 6. §. 3. l. 22. §. 6. ff. §. 7. Inst.  
b. t. l. 35. §. 2. ff. de contrah. emt. Hujusmodi autem procuratio-  
nem offerens Mandator l. 10. §. 11. l. 26. §. 6. l. 27. §. 2. l. 28. ff. l.  
10. l. 16. C. b. t. Ein Befehlichhaber sive Dominus l. 6. §. 6. l. 7. l. 10.  
§. 5. & 10 ff. b. t. l. 1. in princ ff. de procur. Exequens vero Manda-  
tarius itemq; Procuratur d. l. 6. §. 6. l. 7. l. 8. in princ. l. 10. ff. l. 9. l.  
11. l. 13. C. b. t. d. l. 1. & tot. tit. ff. & C. de procurat. Ein Befelichhaber/  
Verwalter dicitur. Plenior omnium in definitione positorum  
intellectus ex subjectis refultet.

IV. Plurimæ Mandati Divisiones à Juris Interpretibns pas-  
sim tradite occurunt, quæ cum proponi ceteris necdum præmis-  
sis commodè vix possint, ad proprias sedes singulas, instituto no-  
stro servientes, examinandas ablegamus.

V. Causa Mandati Efficiens Consensus Contrahentium est  
d. l. 1. in princ. d. l. 1. §. 2. d. l. 2. in princ. d. princ. jam allegat. hinc  
quidem Mandantis l. 2. ff. b. t. illinc Mandatum suscipientis l. 6.  
§. 1. l. 12. §. 7. l. 22. §. 11. l. 27. §. 2. ff. b. t. l. 17. §. 3 ff. commod. Quo  
ipso à Negotiorum gestione, ex ipso gestu enascente, indeq; ces-  
fante Mandati negotiorum gestorum actionem producente l. 2. l.  
3. §. 10. l. 5. & tot. tit. ff. de negat. gest. secernitur l. 6. §. 1. l. 20. §. 1 ff.  
b. t. V. Wesemb. in parat. n. 2. ff. de procur. Quare et si suscepto of-  
ficio nil quicquam Mandatarius gesserit, nihilominus, cum non  
ideo

353

ideò quod negotia gessit, verum idcirco quod Mandatum suscepit  
teneatur, Mandati judicio plerumq; obstringitur d. l. 6. §. 1. l. 8. §.  
6. ff. b. t. Hujus Efficientis caussæ ratione Mandatum aliud Spon-  
taneum, aliud Coactum (quod tamen velut peregrinum ab hoc  
tractatu segregamus) prohibetur. *Wesemb.* in parat. hic n. 3.

VI. Mandati Contractum inire possunt omnes, qui liberam  
aliàs contrahendi habent facultatem *Azo in summ.* *C. b. t. n. 9.* *Mozz.*  
*de person.* *E. c. n. 1.* sive Masculi sint sive Foeminæ *l. 8. in princ.* *ff. l. 21.*  
*C. de procur.* *l. 2.* *E. ibi Bald.* *C. ad SCtum Vellei.* *Mozz. d. loc. n. 10.*  
*Donell. 12. comment. 29.* Suo jure vel alterius imperio viventes ut  
Servi, quatenus tamen extrajudicialia negotia Mandatum concer-  
nat *l. 33. in princ.* *ff. de procur.* & *Filij familias* *d. l. 33. d. l. 8. c. qui ge-*  
*neraliter* *§. 1. de procur.* *in sexto.* Sed hi Mandati actionem (exceptâ  
quoad filium familias caussâ peculij castrensis & adventitij, eō  
casu, quo patri non queritur Uſus fructus, quorum occasione ne-  
dum cum aliis, sed ipso quoq; parente Mandatum contrahendo  
sibimet ipsi prospicit *Bart.* & *DD.* *ad l. frater à fratre ff. de condic.*  
*indeb.* *v. Mozz. d. loc. n. 15.* ) Domino vel Patri adquirunt *l. 12. §. 3.*  
*E. 4. l. 22. §. 9. ff. mandat.* *l. 65. ff. de fideiūſſ.* *l. 1. C. de furt.* eosque  
è converso Filij quidem simplicitet *l. 3. §. 5.* *E. 9. ff. de pecul.* nisi ta-  
men donandi animo mandaverint *Gloſſ.* *ad d. §. 9. arg.* *l. 28. §. 2. ff.*  
*de pact.* *l. 7. in princ.* *ff. de donat.* Servi vero tum, cum rem peculia-  
rem egerint de peculio obligant *d. l. 3. §. 5.* *E. 6. l. 47. §. 1. ff. de per.*  
*l. 30. §. 1. ff. de pact.* Quinimo & Muti & Surdi, præscripto tantum-  
modo Legis observato *l. 43. in princ.* *ff. de procur.* Ulterius porro,  
quamvis infamiā quis fuerit notatus, Mandare Mandatumq; su-  
scipere nedum ad exequenda extrajudicialia commissa, sed & ex-  
ercendas in judicio lites (quod priscis temporibus secus fuisse  
scriptum rellequit *Paul. i. sentent.* *2. in princ.*) potest. *§. ult. ubi Gloſſ.*  
*& DD. Inst. de Except.* *DD. ad l. 1. §. hoc editio ff. de poſtul.* quamvis  
jure Pontificio contrarium obtineat *c. 1.* & *2. 3. q. 7.* idq; in supre-  
mo Cameræ Judicio *Ordin. Cam. p. 1. t. 18.* alijsq; bene constitutis  
tribunalibus moribus hodiernis observetur *Donell. 18. comm. 3. ubi*  
*simul qua ratione Advocati sive cauſarum Patroni à Procuratoribus*  
*diſtent, exponit.* *Treutl. vol. 1. Diſp. 9. th. 6. lit. g. Bocer. claſſ. 2. diſp.*  
*Q. lib. 33. Gail. 1. obſerv. 43. n. 7. & 8.* Nec tandem duntaxat Privati

ad Mandatum contrahendum habiles sunt, sed & si quæ Respu-  
blica, Civitas aut aliud quodcunq; Corpus licitum sit, cuius ge-  
neris Procuratores, si generales sint, Syndicos, sinspeciales, Acto-  
res vulgo nuncupamus l. 74. ff. de procur. l. i. §. 1. l. 2. l. 6. §. 1. & 3. l.  
10. ff. quod cuiusq; lluivers. Gloss. ad d. l. 1. verb. Syndicum Wesemb. in  
parat. d. tit. n. 3.

VII. Mandatum in genere contrahere nequeunt, qui pro-  
pter judicij defectum Lege à contrahendo arcentur arg. l. 14. C. de  
contab. emt. ut Iufantes, Pupilli, Furiosi, Mente capti, Prodigii, E-  
brij, de quibus singulis plenius dictum, textusq; adscripti Disp. I.

VIII. In specie prohibentur Mulier: quæ in caussâ alienâ  
Mandare Mandatūq; ita ut in specie intercessionis utrumq; eadat,  
efficaciter suscipere l. 7. & tot. tit. ff. & C. ad SC tum Vellei. & præterea  
procuratoriō nomine litem in judicio exercere, quod virile offi-  
cium est, & contra pudicitiam sexui muliebri convenientem l. 1. §.  
5. ff. de postul. l. 19. l. 21. C. de procur. nisi pro parentibus morbo aut  
senectâ impeditis, nec quenquam alium litigatorem habentibus  
agat l. 41. ff. de procur. vel in rem suam & proprium lucrum man-  
datas habeat actiones l. 4. C. de procur. non potest l. 2 de R. f. l. 54. in  
princ. ff. l. 18. C. de proeur. Curialis: cui item nec prourationem  
rerum alienarum Mandare l. 30. C. locat. nec eam propter dignita-  
tem, quia vilissima functio est, suscipere sub pœnâ exilio concedi-  
tur l. 34. C. de decurion. Miles: qui cōdēm pariter pacto Mandare  
l. 31. C. locat. procuratoriovè nomine, ne à publico jure militiae,  
per negotia privatorum avocetur, nisi litem mandatam in rem suā  
persequatur, vel communem omnis sui numeri caussam agat l. 8.  
§. 2. ff. l. 9. C. de procur. experiri nequit l. 7. l. 13. C. d. l. 8. §. 2. l. 54.  
in princ. ff. de procur. d. l. 31. C. locat. Servus: qui cum legitimam  
personam standi in judicio non habeat l. 13. ff. si quis cauit. in jud. sif.  
l. 6. C. de judic. nec procuratorem ad litem constituit, nec ipse con-  
stituitur l. 33. in princ. ff. de procur. nisi de statu suo litiget, quem pro  
servo haberī non oportet d. l. 33. §. 1. l. 1. in princip. C. de adsert. toll.  
Elliusfamilias; qui actionem, nisi talis sit quā ipse experiri potest  
v. l. 9. & l. 13. ff. de O. & A. suo nomine exercendam non mandat  
l. 8. in princ. ff. de procur. Clericus: qui in negotijs secularibus pro-  
curator non existit c. i. & 2. Extr. ne cler. vel monach. neg. Sec. Novell.

123.

354

123. c. 6. Excommunicatus: qui quamvis conventus respondere per procuratorem in judicio, ne ex patratâ malitiâ commodum videatur reportare, cogatur c. 7. Extr. de jud. ad convenientium tamen dare procuratorem c. fin. ubi Gloss. & Panormit. Ext. de proc. Vesemb. in parat. n. 4. ff. eodem Bocer. d. dis. 6. tb. II. Treutl. vol. I. Dis. 9. tb. 2. & Dis. 27. tb. 2. ubi in not. Dis. Bachov. itemq; indistincte procurator esse nequit c. 21. §. sexta Extr. de offic. de leg.

IX. Ad hæc qui Reipubl. cauſſâ abſuturus eſt, aut morbo perpetuo tenetur, aut Magistratum initurus eſt, aut invitus judicium pati non poteſt, non idoneus procurator intelligitur l. 54. in princ. ff. de procurat.

X. Procuratores denique ad litem non fiunt Mutus & Surdus l. 43. in princ. ff. de procur. Reus criminis constitutus antequam purget suam innocentiam l. 6. C. de procur. Duar. eodem c. 4. Alienas lites majoris pecuniaæ præmio contra bonos mores redimens l. 15. C. de procur. l. 7. ff. l. 20. l. pen. & ult. C. mandat. Potentiores l. 1. & 2. C. ne lic. potentior. l. 3. ff. de alien. jud. mut. Fiscus aut Universitas aut Civitas l. 3. & tot. tit. C. ne fisc. vel Repub. procur. ne sc. potentiâ vel gratiâ in re privatâ cauſam alterutiū partis reddant detinore.

XI. Hinc jam quæritur an Syndicus Universitatis eam totam repræsentans l. 1. ff. quod cuiusq; Univ. lites privatorum procurare valeat? Quod si extra sui officij fines interveniat ut Procurator privatus, affirmamus. V. Vesemb. hujus assertionis patrocinium subuentem, pluresq; allegantem in parat. n. 4 ff. de procur.

XII. Consiliarij in dignitate constituti itemq; Nobiles, quomodo salvo eorum privilegio functionem procuratoriam fusciperre possint vel non v. exponentem & remittentem Bocer. d. dis. 6. tb. 12. De Deportato an personis Mandatum contrahere non valentibus accensendus sit, non levis DD. alteratio eſt. Nos negantum sententia ex jure Justinianeo subscribimus. Præterquam enim quod Deportatum retinere ea quæ juris gentium sunt generatim sancitum eſt l. 17. §. 1. ff. de pœn. l. 15. ff. de interd. & releg. Singulari id præterea textu in Mandato corroboratur l. 22. §. 5. ibid. Bart. & vulgo DD. ff. b. r. Moz. d. loc. n. 13. Arum. Exer. Justin. 15. tb. 7. Dis. Cui. ad l. 8. ff. qui testam. fac. poſſ. eūq; sequunt Treutl. d. dis. 27. tb. 2. lit. a. Jure tamē novissimo,

cum

cum Imperij bannitus, cui Deportatum hodiè comparari *Diss. I. tb.*  
*32. annotavimus*) miserrimà planè forte utatur *v. Ordin. Camer. p.*  
*2. t. 9. Sojemand c. felicis de pæn. in sexto. Gaill. 2. de pac. publ. cap. 12.*  
*Myns. 3. obs. 30. à Mandato contrahendo eum penitus removemus.*

XIII. De Minore 25. annis quid sentiendum sit, postremò dispiciendum. Sane extrajudiciaia negotia cum, si Curatorem non habeat, demandare posse (salvo tamen in integrum restitutio-  
nis beneficio tot. et. ff. de minor.) non ambigitur *l. 43. §. 3. ff. de proc.*  
In judicio autem, cum ipse legitimam personam standi non ha-  
beat *l. 2. C. qui legit. person. stand. alium ad id legitimare ut litem*,  
persequatur, non potest *l. II. C. de procur.* quanquam si de facto li-  
tis procuratorem dederit, & pro eo pronunciatum sit, datio in æ-  
tatis favorem rata haberi soleat *l. 14. C. de procur. l. 4. ubi Gloss. Bart.*  
*& alij C. in quib. cauß. restit. in integ. neceſſ. non est Duar. c. 6. de proc.*  
Procurationem Minor ad negotia jure quidem civile etiam ante  
*l. 3. § fin. l. 23. ff. de minor.* Cujac. 22. obs. 16. jure Canonum post 17.  
annum e. 5. §. ult. de proc. in sexto. suscipit. An vero ad judicia pro-  
curator ritè deputetur magna quæstionis est? Jure quamvis Ponti-  
ficio id præcise negetur *d. e. 5. §. ult.* Civili tamen idoneum, non  
Judicij sed illius cum quo agitur respectu, eum litis Procuratorem  
dummodo 17. annum compleverit, quod ideo inductum forte est,  
ne per juniorem procuratorem is, qui litem exequi mandavit plus  
æquo lèdatur ordinare posse, aliter atque si defensor esse vellet,  
quo casu satis dationem judicatum solvi, quam præstare omnino  
tenetur *§. pen. Inst. de satiad.* per in integrū restitutionem quā sem-  
per læso minori succurruntur, infringeret, & sic totum judicium in-  
ane redderet *l. 51. in princ. ff. de procur.* asserimus *l. 13. ff. de manum.*  
*vind. §. justæ Inst. qui & ex quib. cariss. manum.* Sibiq; id imputet, qui  
Minori negotia sua gerenda cum adultioribus ea demandare po-  
tuisset, commisit *l. 3. §. II. l. 23 ff. de minor.* Dn. D. Lindem Exercir. Ju-  
stin. I. tit. qui & ex quib. cauß. tb 3. Cujac. ad d. §. justæ & 22. Obs. 16.  
Donell. 18. comment. 3. Bocer. d. diss. 6. tb. 30. Treutl. d. diss. 9. tb. 5 lit. b.  
Bronch. cent. 1. adsert. 49. Diss. Duar. de procur. c. 14 *VVesemb. in pa-*  
*rat. n. 4. ff. de proc.* Jaf. ad l. 12. n. 19. & 20. ibidemq; Sichard. C. Glof.  
& Bart. ad l. 51. ff. eodem. Mozz. pred. loc. n. 4. Myns. Schneidw. ad  
d. §. justæ Arum. Exerc. Justin. I. tb. 30. Phil. Matth. qui pro & con. hanc  
quest. examinat ad l. 2. §. I. n. 26. de R. J.

Man.

XIV. Mandatum autem qui suscepit, si extrajudiciale sit, aliium quandocunq; libere vice suā substituere potest c. i. §. ult. de procur. in sexto l. 28. ff. de neg. gest. Bald. & Costal. ad l. 8. §. 6. ff. Mand. Sin vero ad litem exercendam procurator sit non ante regulariter sed post litem contestatam, utpote jam Dominus caussæ in judicio agitatæ effectus l. 22. l. 23. C. de procur. idem jus substituendi suo tamen periculo habet l. 8. l. 11. d. l. 23. C. d. tit. d. c. i. §. licet de procur. in sexto. VVurmbſ pract. observ. tit. 5. observ. 1. Gaill. 1. obs. 74. n. 10. & 11. quamvis in Camerā Imperiali, si justam caussam allegando veniā impetratā ad tempus absit, etiam ante litis contestationem, dum tamen procuratoriō suo se ad caussam legitimavit, usq; dum comparere possit, recte substituat: non verò etiam post litem in shoatam in totā caussā citra voluntatem principalis substituere planè possit Ord. Camer. p. 1. tit. 20. Quod si cui mandata Jurisdictio sit, more majorum receptum est, eum alium ad exercendam eam subdelegare neutiquam posse l. 5. ff. de Jurisdict.

XV. Materia Mandati sunt omnia negotia, non Præterita. (quæ cum expeditionem consequuta sint, frustra mandantur l. 12. §. 14. ff. b. t. nisi nomine alterius gesta is rata ea postea habuerit: quo casu cum ratihabitio retro trahatur ad tempus negotiorū gestorum l. 56. ff. de judic. l. 7. in princ. C. ad SCtum Maced. l. 25. in fin. C. de donat. int. vir. & ux. semperq; Mandato l. 12. §. 4. ff. de solut. d. l. 7. c. 10. ubi omnino v. Dyn. de R. J. in sexto. etiam in delictis æquipareatur l. 1. §. 14. l. 3. §. 10. ff. de vi & vi armat. l. 152 de R. J. mandati Judicium constituitur l. 6. §. 9. de neg. gest. l. 60. de R. J.) sed Futura tot. tit. ff. mand. & de procur. Extra judicium c. 1. in fin. c. 5. de procur. in sexto. l. 3. §. 1. l. 5. l. 6. & tot. tit. ff. mandat. l. 33. in princ. & item tot. tit. ff. de procurat. vel in judicio l. 86. ff. de solut. l. 13. ff. de pass. d. l. 8. §. 3. d. l. 33. in princ. l. 69. ff. de procurat. d. c. 1. & 5. primā vel secundā instantiā l. 2. l. 17. C. de procur. expedienda. (unde Mandatum in Judiciale sive ad litem vel judicia, & Extrajudiciale sive ad negotia dispescitur d. c. 5. & ibi Canon. st. Paul. I. sent. 3. §. 1. ubi Cujac. Bocer. d. diff. 6. tb. 12. Wesemb. in parat. de procur. n. 3. & alij.) In rem (i. utilitatem Gloß. ad l. 1. ff. Cujac. in parat. C. d. tit.) alienam l. 6. §. 1. l. 8. §. 6. cum similibus ff. b. t. (quod proprium Mandatum, eo quod mandati obligationem inter contrahentes pariat, l. 42. §. 2. ff. de proc. vocat Bocer. d. diff. 6. tb. 9.) vel suam d. l. 42. §. 2. l. 8. §. 2. l. 25. l. 1. 33. §. fin. l. 34. l. nemo

55. d. tit. cum quidem alienum pariter negotium (proprij namque nemo procurator est l. 1. in princ. ff. d. tit.) mandatu Domini geritur, attamen proprio emolumento: veluti facit is, cui donandi animo mandata actio est, vel vendita hæreditate actiones hæreditariæ à venditore cessæ d. 13. l. 5. & 8. C. de hered. vel. act. vend. l. 3. C. de novat. ubi Donell. ad l. 1. n. 5. Treutl. d. disp. 9. tb. 1. VVesemb. d. loc. Bocer. d. disp. tb. 97. Pac. 2. Enant. 48. (cujusmodi Mandatum, cum facultatem Procuratori tanquam Domino l. 13. §. 1. ff. de pact etiam ante litem contestatam substituendi tribuat d. c. 1. §. 1. de procur. in sexto l. 33. C. de novat. nec revocationem Mandanti concedat l. 25. l. 55. ff. d. tit. imo & Militi l. 8. §. 2 ff. l. 9. C. d. t. eorumq; textuum argumento Curiali suspicere liceat, tandemq; non Mandati, sed negotij illius, quo in Mandatarium alienatio facta est, actionem procreet d. l. 42. §. 2. Improprium idem vocat Bocer. d. l. tb. 96. Alter Proprium & Improprimum Mandatum accipit Mozz. de divis. Mand.) n. 87. Sive generaliter l. 6. §. 6. ff. b. t. l. 1. §. 1. l. 60. l. 63. ff. de proc. l. 12 ff. de pact. l. 25. ff. de minor. & alibi pessim aut specialiter l. 26. in princ. de minor l. 17. §. 16. ff. de injur.

XVI. Hinc alia Mandati jam exsurgit distributio, qua sc. in Speciale sive singulare, & Generale sive Universale scinditur l. 1. §. 1. de procur. Mozz. loc. præd. n. 4. Wesemb. in parat. d. tit. n. 3. Treutl. d. disp. 27. tb. 5. Bocer. disp. 6. tb. 12. & DD. suis locis communiter Dif. Salic. adl. 26. n. 2 ff. b. t. qui generale ab Universali se cernendo tres constituit Mandati species, sed ejus assertionem pluribus recenset & ex mente Gloß. refellit Mozz. d. l. n. 3.

XVII. Speciale Mandatum dicitur, quod in unâ separata negotij specie (ubi &c. etiamsi plures certae tamen mandato comprehensæ sint, includimus l. 78. §. 1. de procur.) ita requiescit, ut ultra eam nullatenus extendi possit, velut ut mancipium l. 8. §. 4. aut fundus l. 15. aliave quævis res ematur l. 3. §. 1. l. 12. §. 9. liber homo bona fide serviens redimatur d. l. 8. §. 5. ff. b. t. legatum petatur l. 62. ff. de procur.

XVIII. Generale Mandatum illud est cum totorum aut universorum bonorum procuratio absq; ullâ speciali negotiorum designatione committitur l. 25. §. 1. ff. de min. conjunge textus sup. cit. Hoc vicissim vel simplex est, aut, ut vocant, sine libera, cum sc. omnia quidem negotia gerendi facultas, ast nuda tantum & simplex nullâ

356

nulla plenariae dispositionis mentione facta tribuitur: Er tale  
Mandatum qui suscepit, omnia agere ac rem in judicium deducere potest, casibus his exceptis, qui Mandatum exigunt speciale  
c. 4. c. 5. in princ. de proc. in sexto. l. 12. ff. de paet. VVurmb. præt. obs.  
et. 5. obs. 2. Joban. Vaud. 1. quæst. 47. utpote Alienare: nisi fructus a-  
liave corruptibilia sint l. 63 ff. de procurat. Restitutionem in inte-  
grum petere l. 25. §. 1. ff. de minor. c. 7. X de in integr. rest. Myns. 2. obs.  
26. nisi de speciali mandato dubitetur, præstito tamen de rato cau-  
tione l. 26. in princ. ff. de minor. Interdictum de liberis exhibendis in-  
stituere l. 40 in princ. ff. de procur. Quartam dilationem vel ejus pro-  
rogationem impetrare Myns. 1. obs. 70. Gaill. 1. obs. 91. Juramentum de-  
ferre & in animam præsertim alterius Gaill. d. obs. 91. Myns. 2. obs. 53.  
præstare c. 4. de procur. in sexto. l. 14. §. 3. l. 34. §. 1. ff. de jurejar. Transi-  
gere d. c. 4. l. 60. ff. eodem V. Joban. Vaud. 1. quæst. 47. & Myns. cons. 96.  
n. 14. Compromittere c. 9. de arbitr. Absolutionem ab excommu-  
nicatione petere c. 26. Extr. de sentent. excom. Literas apostolicas ad  
lites impetrare, exceptis personis etiam sine Mandato agere valen-  
tes c. 28. §. 1. X. de rescript. Pecuniam à se invicem petere, duobus sc.  
omnium rerum procuratoribus constitutis l. 47. l. 48. ff. de proc. de  
quibus omnibus v. Vult. 2. f. R. 30. Gloss. in l. 25. ff. de minor. & in c. 4.  
eodem in sexto. Specul. tit. de procur. §. ratione igitur n. 4. & seq. Mozz. de  
divis. Mandat. & alios copiose ab eodem d. loc. citatos.

XIX. Vel cum libera: (quanquam in speciali quoq; Mandato libera nonnunquā hæcce potestas indulgeri soleat *sæpius d. c. 4.*) quod qui habet ampliori ac liberiori in re tractädà utitur potestate quam Procurator simpliciter generalis. Alienare namque l. 58 ff. de procur. l. 9. §. 4. ff. de adquir. rem dom. & omnia in universum age-  
re, quæ alias Mandatum speciale postulant d. c. 4. Angel. & Aret. in  
princ. Inst. de iis per quos ag. pos. Jas. in l. Præses C. de transact. & l. 17.  
§. 3. ff. de jurejur. & l. si quis §. si procurator n. 13. ff. quod quisq; jur. Bart.  
Paul. de Castr. & communiter DD. ad d. l. 58. Mozz. d. loc. n. 55. ubi plu-  
res copiose allegat paucis solummodo, Mandatum specialissimum  
exigentibus exceptis, quemadmodum sunt sponsalia contrahere  
& Matrimonium nomine alterius promittere l. 34. ff. de rit. nupt. c.  
fin. de procur. in sexto. Alium capere, incarcerare & relaxare Alex. 3.  
cons. 133. ac ejusmodi alia, de quibus Jas. in d. l. 17. §. 3 Mozz. d. loc. n. 55.

B 2

Qua.

*Qualiter autem Mandatum cum libera inducatur v. Oldend. class. 4.  
act. 24 p. mibi 564 Bart. & Castren. ad d. l. 58. & Jaf. ad l. procurat. C. de  
procurat.*

XX. Hic tamen tenendum liberum illud Mandatum Procuratori datum, negotiorum tantum administrationem & quatenus Mandantis condicio reddi potest melior, non eorum perditio nem concernere l. 7 in princ. ff. de donat. l. 8. §. 2. ff. de pat. c. 3. de offic. vic. in sexto. Paris. i. conf. 45. n. 51. Unde jus donandi d. c. 3. d. l. 7. pactum de liberando adversario interponendi d. l. 8. §. 2. c. sapientia d. 4. pignoris nexum dissolvendi l. 7. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. feudis renunciandi & in universum omne jus liquidum remittendi. Procurator cum libera non habet Bald. ad auth. in successione ius fin. C. de suis & legit. her. Alex. vol. 1. conf. 22. Quod adeo verum est, etiamsi generalis clausula, liberrimè pro placito tanquam si esset verus Dominus omnia gerendi, ita ut ad ullum factum contrarium non debeat dici, Mandato fuerit annexa: adhuc namq; temeraria bonorum profusione penitus exclusa secundum qualitatem officij, originem ex candore & amicitia trahentis l. 1. in fin. ff. mandat. omnia ex fide gerenda & alienanda, mandata esse creduntur l. 60. §. 4. ff. mandat. Alex. vol. 6. conf. 52. Paris. d. vol. 1. conf. 91. n. 14. Eleganter Bald. ad l. 1. in quest. 4. C. de bon. matern.

XXI. An rei incertæ procuratio (puta de re quâdam emendâ) committi possit hoc loco non inutiliter in disceptationem vocatur? Id vero quamvis Gloß. ad l. 3. & Bart. ad l. 2. §. 3. ff. b. t sequutus Mozz. de reb. in quib. cad. Mandat. n. 4. simpliciter adfimet, nobis tamen magis arridet distinctio Salicet. ad eandem d. l. 2. §. 3. dicentis: Si res & preium prorsus sit incertum, Mandatum tale firmitatem non obtinere: Si vero certa res sit, preium autem similiter incertum, quia tum valorem communem res recipit, vel preium itidem certum, res tamen non quidem planè individualiter, sed ex precij definitione quadantenus duntaxat certa, illud valere.

XXII. Cum autem, quid quantumq; mandatum sit censeri debeat, animadvertisendum, non solum id, quod verbis disertis. Mandati tempore comprehensum est, sed omne omnino sine quo exequi rem Mandatam procurator nequit, in sequelam & consequiam mandatum videri arg. l. 2. ubi DD. ff. de juris d. Ut ecce: si quis.

si quis ad rem mobilem petendam procurator datus sit, ad exhibendum quoque, quæ preparatoria rei vindicationis actio est l. 1.  
l. 3. §. 3 ff. l. 1. C. ad Exhib. recte agit l. 56. ff. de procur. Item si quis ad legatum petendum mandatum suscepere, interdicto de tabulis exhibendis, quasi & hoc, ut de legato relicto constare possit, ei mandatum esset, uti non prohibetur l. 62. ff. d. tit. &c.

XXIII. Deniq; ut efficaciter Mandatum contrahatur, negotium honestum & licitum esse oportet, Legibus minimè interdicendum: ceteroquin ut nullum negotium turpiter initum ullas vires obtinet l. 26. ff. de V.O. l. 35. §. 2 ff. de contrah. emt l. 70. §. 5. ff. de fidejuss. l. 1. §. 14. ff. de tut. & rat. disrab. l. 57 ff. pro soc. cum similib. Sic & Mandatum flagitiosæ rei (puta si alter de furto aut damno faciendo, vel homine occidendo aut vulnerando, vel adolescens luxuriosus, ut pro meretrice fidei ubeat eive pecuniam credat, mandet alteri) nullius penitus momenti est l. 6. §. 3. ff. mandat d.l. 35. §. 2. etiamsi juramentum firmandi causâ accesserit c. non est de R. J. in sexto. Quare si ejusmodi Mandatum quis executus fuerit, & eapropter aliquid solverit, aut poenæ nomine præstiterit, non tamen ullam adversus Mandatorem habet actionem d.l. 6. §. 3. l. 12. §. 16. l. 22. §. 6. ff. §. 7. Inst. b. t. l. 27. in princ. ff. de V.O. Proprij namque delicti poenam subiicit, quæ res eum fecit indignum, ut ab alio quid consequatur dolli participe d.l. 1. §. 14. ff. de tut. & rat. disrab.

XXIV. Utrum autem delictum (veluti homicidium Mandans eadem, qua Mandatarius actualiter illud committens, poenâ afficiendus sit, occasio nalis quæstio est? Sane cum per se id, quod per alium fieri curavit, fecisse verè videatur c. 6. c. 35 X. de sentent. excomm. c. 72. de R. J. in sexto l. 152. in princ. l. 169. in princ. eodem. l. 1. §. 12. ff. de vi & de vi armat. l. 1. §. 1 ff. de eo per quem fact; imò delictu Mandans gravius ipsomet Mandatario peccet, dum non tantum turpiter mandando ipse delinquit, sed & alium, qui forsitan nunquam animum ad ejusdem delicti perpetrationem adjecisset, ni consilium & auctoritas Mandantis ipsum animasset, ad delinquendum impellat Glos. in l. 4. §. 3. ff. de his qui not. infam. & in c. gaudemus X. de divert. proindeq;, cum caussam mortis eo modo præbeat, pro vero homicidâ habeatur l. 15. ff. ad L. Cornel de Sicar. poenas autem ob maleficia, ne maneat impunita solvi magna utilitatis publicæ ratio urgeat,

urgeat l. 70 §. 6 ff de solut. l. 51. §. 2 ff ad L. Aquil. c. 35 X de sentent. excom. perinde cædis Mandatorem, ut ipsum principalem homicidam, non attento etiam si Mandatarius suâ voluntare absq; mandato aliàs delictum id fuisset perpetratus (quamvis post Angel Capoll. Socin. jun. & Alciat. Menoch. de A. J. Q. c. 352. n. 13. ut extraordinaria poena pro arbitrio judicis eo casu infligatur, æquius existimet) ordinariæ L. Corneliiæ poenæ justissime subjacere concludimus d. l. 15. l. II. §. 3 ff de injur. l. 5. C. de accus. l. 5. C. si reus vel accus. mort. l. 7. §. 5 ff de jurisd. Gomez. 3. resol. 3 n. 39. Arum. Excre. Justin. 15. tb. 8. Wesemb. in parat. ff. ad L. Cornel. de siccari. n. 13. Bart. ad d. l. II. §. 3 & ad l. 5. ff. ne quis cum qui in jus noc. Clar. lib. 5. §. fin. q. 89 n. 1. Bellovisan. 3. præc. 27. Angel. stratt. malefic. verb. Sempronium Bald. ad d. l. 5. n. 23. C. de accus. Jas. ad l. 1. n. 22. C. de seru. fugit. Curt. Jun cons. 237. n. 5.

XXV. Sin autem cædes subsequuta minimè sit, poenam prædictam cessare putamus arg. l. 15. §. 10 ff. de injur. l. 52. §. 19. de fure. l. 53. in fin. de V.S. (non obst. l. 14. ff de siccari. quæ non voluntatem puniri, sed exitum tantum sive eventum ex voluntate, an sc. fraudulentum delinquentis propositum, ut poenæ ordinariæ locus sit, nec ne adsit, æstimari innuit juxta l. I. §. 3 ff. d. tit.) Nisi res ad actum simpliciter præparatorium vel consummationi proximam devenerit d. l. in princ. §. 1. & 3. l. 3. §. 4. ff. l. 7. C. d. tit. quod tamen jus ut nimis durum hodie non tantum in hocce particulari, sed omnibus regulariter delictis generali desuetudine inumbratum esse testatur Specul. tit. de accus. §. 1. n. 7. Bald. & Cyn. in d. l. 7. Affl. & decis. Neapol. 21. n. II. Boer. decis. 323. n. 6. Wesemb. in parat. d. tit. n. 16.

XXVI. Quod si hominem vulnerare mandans expresse prohibuerit, ne occideretur, mandatarius autem fines mandati egressus tale vulnus, ex quo mors sequuta est, inflixit, quid decidendū non immerito dubitatur? Simpliciter si mandatum de vulnerando dedit, quia in potestate mandatoris non est ad mensuram inferre vulnera, Mandatorem peræq; ac si interficiendum mandasset; Si autem ejusmodi vulnus expressit, ex quo certum est mortem, subsequi non posse, extraordinariè puniendum esse docet Gomez. 3. resol. 3 n. 18. Clar. d. quæst. 98 n. 5. Menoch. cas. 352. n. 2. & 3 & plures alij ab ijs relati. Nos indistinctè, quia in maleficijs voluntas & principium de linquendi magis spectatur quam exitus d. l. 14. de siccari. l. 53. in

388

in princ ff. de furt mandatorem, qui fraudulentum occidendi propositum non habuit, quod quasi fundamentum lex Cornelia exigit l. i. §. 3. ff. de siccari. ne ex alieno luat admissio poenas, quæ suos teneant autores l. 26. ff. l. 22. C. de pœn. ab omni ordinariâ istius L. pœnâ absolvimus Arum. d. Exerc. 15. ib. 9 Facchin. i. controv. 36. Bronch. cent. 2. adser. 65. Dec. conf. 234.

XXVII. An autem & qualiter Mandatarius ita delinquens à pœnâ civili excusat, si potestati Mandantis subjectus sit, veluti Servus, Filius, Uxor, Famulus, Subditus tradunt Gomez. d. 3 resol. 3. n. 42 Clar. §. fin q. 60 n. 15. Menoch. cas. 354. Dec. in l. 4 n. 7 de R. J.

XXVIII. Mandato porro non subjacent actus legitimi (qui quid sint satis explicat Phil. Mattb. ad l. 77. de R. J.) l. 123. in princ. d. tit. Cujac. 15. obs. 16. ut sunt hæreditatis aditio l. 90 ff. de adquir. hered. Cujac. 1. obs. 34. emancipatio l. 3. ff. de offic. procons. l. pen. C de vind. liber. Cujac. 15. obs. 16. adoptio l. 4. l. 2. + & l. 25. de adopt. l. 1. C. eodem l. 3. de offic. procons. tutoris datio l. 6 §. 1. ff. de tut. §. 1. Inst. de Attil. tut. acceptilatio l. 13. §. pen. l. 3. ff. de acceptil. Servi optio arg. l. 5. 8. 20. ff. de opt. legat. l. 5 de legat. i. Cujac. d. loc. v. Horiom quest. illust. 34. & 1. resp. c 30.

XXIX: Non porro mandantur cauſſæ populares ex parte aetoris non rei l. 5 ff. de popul. act. l. 42. in princ. ff. de procur. quia nemo eas in bonis (non itaque plus juris, quam ipſe habet, in alium transſerre potest l. 54. de R. J.) ante litem contestatam habet l. 12. de V. S. l. pen. §. 1. & ibi Gloss. ff. de popul. act. & præterea quoq; cuivis de populo, cuius jus tuentur l. 1. ff. d. t. proprio eas jure exercere licet l. 43. §. 2 ff. de procur. ut adeo de his mandatum, quod non in re propriâ fuscipitur l. 1. in princ. ff. d. tit. alicui fieri non possit. Hoc tamen ita, nisi quis proprium interesse perlequendo, eas quasi actiones privatas intentari mandet d. l. 42. in print. l. 45. §. 1 ff. de procur. Cujac. 22. obs. 12. Wesemb. in parat n. 5. ff. & Duir. c. 6 d. it. Donell. 18. comm. 10.

XXX. Neque deinde judicia Publica, sive ad agendum sive ad defendendum l. 13 §. 1 ff. de publ. judic. l. 15. C. de accus. l. 2. 3. & 5. C. de ijs qui accus. posſ. & alia Criminalia, quæ ejus generis sunt, ut supra relegationem pœnam damnato inferant l. t. an per al. cauſ. app. DD. ad d. l. pen. §. ad crimen Specul. Marant part. 4. disq. 1 n. 35. in pract. nisi civiliter instituta, ad pœnam sc. pecuniariam, quo utroq; modo quamvis actionem rem familiarem tangentem instituere licet.

l. unio.

*L. unic. C. quand. civil. act. crim. Bart. in l. i. § 2. ff. de priv. delict. itemq;  
Fam̄osa, quæ et̄ si ad defendendum procuratorem recipient, ad ac-  
cusandum tamen non admittunt l. 39. §. fin. ff. de procur. l. i. vers. plane  
ff. an per al. caus. app. & deniq; specialiter injuriarū actio, nisi ex man-  
dato personarum illustrium ea exerceatur l. fin. C. §. fin autem Inst.  
de injur. vel ex L. Cornelīa ea descendat d. l. 42. §. 1. ff. de procur. Sed  
omnia hēc accuratius enucleare temporis ratio non patitur V.  
Wurmb pract. obſtit. 5. obſt. 5. q. 10 & II. Clar. l. 5. §. fin. 9. 32 Spec. Mar. loc.  
pred. Gaill. 1. de P. P. c. 10 VVesemb. in parat. de procur. n. 5. Bocer. d.  
diſp. 6. th. 35. & seqq. & ceteros ab ȳsdem relatos.*

XXXI. Forma contrahendi Mandati est quod solo consensu  
sine aliā quādām solennitate gratuitō quid præstandum suscipia-  
tur l. i. ff. b. t. Sufficit autem quācunq; ratione consensum intercede-  
re, sive expressē verbis inter præsentes, aut absentes per nunciū aut  
per epistolam d. l. 1. l. 7. C. eodem l. 1. §. 3. ff. de procur. Sive tacite, solā sc.  
patientiā l. 6. §. 2. l. 18. l. 53. ff. b. t. l. 6. C. eodem l. 60. & ibi DD. de R. f. l. 21.  
C. de procur. Clement. 1. eodem (Unde in Tacitum & Expressum di-  
viditur) dum tamen consensu eo modo interposito animus obli-  
gandi adsit, ceteroquin obligatio mandati nullatenus contrahitur:  
Hinc si commendandi tantum non obligandi animo quid in literis  
missivis scriptum prolatumve sit, quia actus agentium operari non  
possunt ultra eorum intentionem l. non omnis ff. de reb. cred. Man-  
datum plane non inducitur l. 12. §. 12. ff. b. t. l. 1. ff. de proxenet.

XXXII. Ad lites exercendas Mandatum speciatim constitui-  
tur vel apud acta in ipso judicio §. fin autem Inst. & l. unic. C. de fa-  
tiādand. vel extra judicium sine scripturā coram Notario & testi-  
bus, quorum assertione, si in dubium revocetur procuratorum  
probari possit: aut literis intervenientibus, privato vel publico si-  
gillo firmatis, juxta formam præscriptam in l. 65 ff. de procur. quæ  
omnia perfecte explicat Specul. tit. de procur. § ratione formān. §. 9.  
13. & 19. V. imprimis Bocer. d. diſp. 6. th. 42. & seqq. ubi accurate hēc ex-  
pli- & auctoritatibus probat.

XXXIII. Nihil autem interest, an pure vel sub conditione  
sicuti & in ceteris contractibus omnibus Mandatum contrahatur,  
aut in diem differatur l. i. §. 3. ff. b. t. l. 3 ff. de procur.

XXXIV. Gratuitō dehinc, quia ex officio atq; amicitiā (unde  
amici

359

amici non raro mandatarij appellantur l.i. in princ. ff. quib. mod. pig.  
vel. hyp. solv. l. 36. ff. de neg. gesl. l. 23. ff. de reb. auſt. iud. poß) cui merces  
contraria est, originem ducit, suscipi Mandatum oportet: ceterū  
si merces interveniat, aliam negotij formam induit. Interveniente  
namq; pecuniā res ad Locationem & conductionem respicit d. l. 1.  
§. 4. §. fin. Inst. b. t. l. 22. ff. de præscript. verb. Mercede a. certā protinus  
non constitutā sed postmodum constitueudā, vel etiam extra pe-  
cuniā numeratam in aliā re constitutā, innominatus Contractus  
efficitur d. l. 22. l. 5. §. 2. l. 15. ff. eodem.

XXXV. Si tamen extra conventionis cauſsam Mandator ul-  
trō, non certē laboris compensandi, sed renumerandi animiq; gra-  
ti testandi cauſsa honorarium obtulerit (ob quam cauſsam Mandat-  
um in Gratia am & Mercenarium, sed minūs recte, ut ex traditio-  
colligi licet, distribuitur) irritum Mandatum non constituitur l. 6.  
in princ. ff. b. t. quamvis nunquam id mandati actione sed extra or-  
dinem duntaxat, si certae pollicitationis sit, peti possit l. 7. ff. l. 1 C. b. t.  
l. 1. ff. de proxenet. Sin a. pollicitationis incertae, neq; sic recte peti-  
tur l. 65. §. 3. ff. l. 17 C. b. t. nisi ab Advocatis litisq; Procuratoribus,  
quos nunquam fruſtrā laborare cum gravi marsupij jaſtrā quoſ-  
dam praxis & experientia docet l. 1 §. 10. ff. de Extraord. cogn. V. VVe-  
ſemb. in parat hic n. 12. Myns. 2. obſ. 75. Cujac. 16. obſ. 16. Treutl. d. diſp. 26.  
ib. l. 1. & DD. communiter ad d. l. 6.

XXXVI. Illud hic obſervandum, præscriptam Mandati for-  
mam diligenter esse custodiendam l. 12. C. l. 5. in princ. ff. b. t. Qui n-  
fines mandati excedit, aliud quid agere videtur d. l. 5. neq; mandati  
judicium contra Mandatorem habet l. 41. ff. §. 7 Inst. b. t. Salic. ad d. l.  
3. Menoch. cas. 352 n. 2. Roland. à Vall. vol. 4 cons. 53. n. 29. Non a. fines  
mandati excedit, si id facit, sine quo ad impleri mandatum nequit,  
ut ſupra traditum: media namq; ad finem dueentia pro uſu com-  
missi negotij eligere mandatarius potest. Nec item, si rem manda-  
tam per æquipollens exequitur, veluti cum mandato de fideju-  
bendo ſuſcepto non fidejubeat, ſed creditori debitoris mander-  
l. fin. §. 1 ff. b. t. parum namq; mandantis intereſt, quoconq; pacto  
mandatum, modo in effectu expeditum ſit, exitum adipiſcatu-  
re. Neque tandem, ſi melior conditio mandatoris per excessum fit,

C

veluti

028  
veluti si 100. emere mandarit, resq; minoris emta sit l.3. in pr. l.5. §.5.  
ff. §.8 Inst. b.t. Majus n. minus semper continet l.. §.4. ff. de V.O. nec  
debet, cui plus licet, quod minus est, non licere l. 21. de R. f. Quod  
tamen in caussis tantum privatis non publicis, strictam commissio-  
nis observantiam exigentibus, nec ullam penitus meliorem con-  
ditionem admittentibus, procedere patet ex l.3. §. in bello ff. de re  
militar. Coniunge Val. Max lib. 2.c.2. Liv. I. de cad. lib. 8. Bod. 3. de Repub.  
e. 2. p. 430. Gell. I. noct. Attic. 13. Borch. de jurejur. c.3. V. tamen Gall. I.  
de PP. c.4.n.30.

XXXVII. Hinc jam quæstum est, si fundum mihi 100. emere  
mandaverim, tu 120. comparaveris, an mandati actionem adver-  
sus me habeas? Cassiani strictam juris rationem sequentes, èa in  
specie te mandati actionem, etiam si id quod excedit remittere pa-  
ratus sis, habere negaverunt l.3. §.2. ast Proculiani usq; ad precium  
statutum te rectè mandati acturum existimant quorum sententia  
tanquam benignior obtinuit l.4.l.33 ff. b.t.

XXXVIII. Sed quid si non manus utiliter in superfluo rem-  
mandatoris reipsa gesseris, officiumne & amicitia tibi Oberit, nec  
ullam eo nomine habehis actionem? Sanè, dummodò expressè ne  
pluris emeres prohibitum non sit, negotiorum gestorum actione  
tibi succurri posse, non dubitamus Myns. add §.8. Inst. b. t. Bronch.  
cent. I. adfert. 66. Disf. Bachov in not. ad Treutl. lib. 7. lit. b ubi nullam a-  
ctionem sed tantum retentionem ejus nomine te habere, si conveniaris,  
staruit.

XXXIX. Finis Mandati est, ut quibus rebus ipsi superesse vel  
nolumus vel non possumus, in his operæ nostræ vicariam fidem  
amicorum supponamus, atq; sic commune commodum mutuis of-  
ficiis gubernemus l.1. §. usus ff. de procur. Cic. pro Sext. Rosc. Unde con-  
cludendum facile est, quod quantumvis alios quoq; Mandatum  
concernere possit, ut paulo post manifestum fiet, in eo tamen ni-  
hilosecius aliquale mandantis interesse verti: alias namq; man-  
dati cessaret actio l.8. §.6. ff. b.t.

XL. Quinq; a. potissimum modis Mandatnm contrahi solet:  
veluti mandantis tantum gratiā, vel alterius, vel mandantis & al-  
terius, vel mandantis & mandatarij, vel mandatarij & alterius:  
quod

quod omne exemplis claeius redditur in l.2. ff. & princ. cum §§. seqq.  
Inst. b.t. Id solum hic non prætereundum, etiamsi ita mandatum  
contrahi possit, nulli tamen mandati actionem præterquam soli  
mandatori adquiri, eumq; è converso mandatario obligari l. 6. §.  
4. ff. b.t. quod satis explicat Vult. ad dd. §§. Inst. b.t.

XLII. Quid si tuā tantum gratiā tibi mandatum sit, veluti ut  
pecunias tuas potius in emtionem prædiorum colloces, aut contra  
consilium magis est quàm mandatum, nec obinde obligatorium;  
cum liberum cniq; sit apud se explorare, an sibi consiliū expedit,  
nec parere præcisè necesse habeat d.l.6.§.6.§.6. Inst. b.t. Plane si cer-  
ta persona electa sit, cui suau alterius crederes, ita ut aliter non  
credidisses, quia tum obligatio ejus quasi fidejubendo suscipitur,  
ad exemplum fidejussoris obligabitur d.l.6.d.§.6. & ib: Theoph Idem  
juris est, si fraudulentū consilium sciens pecuniam fore perditam,  
tibi quis dederit, eo namq; casu de dolo actio nascitur l.47.in princ.  
de R. J.

XLIII. Effectus Mandati est, quod mediante obligationis vin-  
culo mutuam patiat inter contrahentes actionem l.3. § 1. l.19. l.42.  
§.ff.b.t. Directam sc. & Contrariam §.2. Inst. de pœn. tem. litig. Directa  
mandati actio Mandanti adversus Mandatarium competit l. 6. §.4.  
l. 8. §. 6. b.t. ut mandatum juxta fidem conventionis perficiat l.8.  
§.2 l.22. §. fin. l. 27. §.2. ff. §.11. Inst. b.t. l. 17. §.3. ff commod (quo etiam  
spectat, ut si litis procurator sit, Mandantem in causā reconven-  
tionis defendat l.33. §.3. & 4. l.35. §. fin. l.36. l.37. ff. de procur. & defini-  
tivā sententiā contra eum latā appellat, non etiā eam prosequendo  
urgeat c.pen. ubi Gloß & Canonist. X de procur. l.17. ubi Bald. & Sichard.  
n. 4. C. eodem l. si actor C de appell. Gaill. i. obs. 139. n. 9. & II.) non verò  
perficiens interesse, si aliqua ratione subsit d.l.8. §.6. præstet l.5. §.L.  
l.6. §.1. l.12. §.11. l.27. §.2 ff. l.5. l.16 C.b.t. Negotij formam in exequen-  
do diligenter observet l.5. in princ. l.41. l.46. ff. l.12. C. §.8. Inst. b.t. Ra-  
tionem gestorum edat l.46. §.4. ff. de procur. Omne quod ex vel oc-  
casione mandati quaquā ratione consecutus est plenè restituat l.10.  
§.2.3. & 9. l.20. in princ. l. 46. §.4. l.59. §.1. ff. b.t. actiones quæsitas cedat  
l.8. §.5. & 10. l.43. l.45. in princ. ff. b.t. Pecuniæ quam habet, usuras,  
quæ in regionibus legitimo modo frequentantur, ex mora pendat

d. l. 10 §. 3. & tandem si quid dolo aut culpâ etiam levissimâ admisserit resarciat l. 8 §. fin. l. 22 §. 7. ff. l. 11. l. 13 C. b. t. Cum enim negotium sit Mandatum, operamq; & industriam non parvam exigat, eum, qui suam amico in expediendis negotijs pollicetur operam, exacto versari officio, sejq; oneri non imparem eoipso exhibere, credimus V. Arum. d. Exerc. 15. tb. 10.

XLIII. Contrario mandati judicio adversus mandantem Mandatarius experitur l. 12. §. 7. ff. b. t. quo, quoniam nihil penitus ex mandato retinere potest l. 20 b. t. è converso, ne ex officio amico postulanti præstito damnum sentiat l. 15. ff. b. t. omnia impendia execuendi, mandati gratia facta petit l. 10. §. 9. l. 12. §. 9. & 17. l. 27. §. 4. l. 56. §. fin. ff. l. 1. l. 4. l. 11. l. 14. l. 20. §. 1. C. b. t. l. 46. §. 5. & 6. ff. de proc. utq; omnia damna, quæ propter mandatum (non tamen in mandato expediendo si extra ejus caussam casu fortuito contigerint l. 26. §. 6. ubi tamen v. distinguentem Gloß. & aliter Bald. imprimis autem v. Natt. vol. 1. conf. 168.) pati coactus fuit, emendet d. l. 26. §. 7. b. t. l. 61. §. 5. ff. de furt. & obligationem procuratorio nomine contractam, in se suscipiat l. 45. in princ. & §. 5. b. t. aut renuens se defensum iri caveat d. l. 45. §. 2. Et hoc indistinctè, etiam si eventum propositum, dum tamen culpæ reus non sit, res adepta non fuerit l. 4. C. l. 10. in princ. l. 56. §. 4. ff. b. t. Sed hæc contraria mandati actio non nisi negotio finito, nisi ex justâ causâ, institui potest l. 45. §. 1. ff. b. t.

XLIV. Præter hanc actionem retentione quoq; mandatarius, nisi mandans ei solvere paratus sit, uti l. 25 in fin. l. 26. ff. de procurat. vel etiam si solvendo non sit, ex re judicata, si litem exercuit, satisfactionem desiderare l. 30. ff. d. t. non prohibetur.

XLV. Utraq; hæc actio haud dubie Civilis est Directa: i. ex verbis & sententiâ LL. etiam si nonnunquam utilis l. 22. §. 2. ff. b. t. Personalis l. 14. C. de fidejus. §. 17. Inst. de action. Rei persecutoria d. §. 17. l. 16. C. l. 56. cum simil. ff. b. t. Bonæ fidei §. 28. Inst. de action. Perpetua l. 59. §. 5. ff. b. t. Famosa: directa quidem per edictum, contraria per sententiam §. 2. Inst. de pœn. tem. litig. l. 21. C. b. t. l. 1. l. 6. §. 5. ff. de his qui not. infam. v. Rotand. a Vall. l. conf. 21. n. 9. & in heredes transitoria l. 58. in princ. ff. b. t.

XLVI. Solvitur Mandatum re integrâ (cum sc. principium  
rei

4361

rei gerendæ factum non est *Gloss. ad §.9 Inst. b.t.*) morte alterutrius contrahentium §.10. *Inst. b.t.* Mandantis : cuius voluntate morte finitā, mandatum quoq; quod inde pendet, nisi litis exercendæ sit, & dominus ante litem contestatam defunctus, judicatum solvi-cautionem pro mandatario consentient præstiterit *l. 15. ff. de procur.* indistinctè finitur *l. 26. in princ. b.t. l. 15. C. eodem l. 23. C. de procur. l. 6. ff. de jnrisd. l. 108. ff. de solut.* Si tamen eum deceßisse mandatarius ignorans Mandatum executus fuerit, agere mandati potest *d. l. 26. d. §. 10.* Si quid item post obitum suum mandator expediendum commiserit, mandatum non evanescit *l. 12. §. ult. l. 13. ff. b.t.* Et Mandatarij: quo mortuo ideo ad heredes non transit, quia certi plurimq; hominis fides & peritia eligi solet *l. 27. §. 3. l. 57. ff. b.t.* Plane si ad litem exercendā mandatum sit, omnimodo, sive res integra sit, sive non, extinguitur *l. 57. de judic. Myns. ad d. §. 9 n. 4. Inst. b.t.* Morte civili mandatum extingui dubio caret *l. 17. in princ. ubi DD. ff. de procurat.*

XLVIII. Finitur quoq; Mandatum re item integrâ Revocatione mandantis *l. 3. C. §. 9. Inst. b.t. l. 12. §. 16. C. de procur.* Cujus enim est mandare, ejus & esse prohibere iniquum non est. Specialiter quomodo mandatum judiciale re non amplius integrâ disceptatione sc. per litem contestatam inchoarâ revocandum sit *v. Gaill. 1. obs. 46. n. 8. & 9. obs. 47. n. 10. Myns. 5. obs. 44. Ferrar. inform. resp. libell. in actione hypoth. verb. mandatum revocatum n. 3.*

XLVIII. Porro annullatur Renunciatione mandatarij: dum tamen ex justâ caussâ (quarum quasdam enumeratas *v. in l. 23. 24. & 25. b. t. & l. 8. §. 3. & ll. seqq. ff. de procur.*) sine fraude & tempestivè, nisi legitimum impedimentum intercesserit, suscepito mandato renunciatum sit, ut integrum jus mandatori vel per se vel per alium eandem rem commodè explicandi reserveretur *l. 22. §. n. l. 27. §. 2. ff. §. II. Inst. b.t.*

XLIX. Tandem evanescit Mandatum, caussâ, ad quam erat constitutum, peractâ *l. 21. in fin. C. de procur.* & tempore, cui alligatum, elapo *l. 1. §. 3. ff. §. 12. Inst. b.t. l. 3. ff. de procur.* *Ferrar. d. loc. n. 2.*

## PARERGA.

1. Mandantem adulterium & simile delinquentis persona cohærens delictum, non pari cum mandatario sed extraordinariā pœnā castigandum per l. 1. ff. de extraord. crimin. cum Menoch. Bart. Bald. Decia. concludimus.
2. Uno ab alio lethaliter vulnerato, si tertius mortem acceleraverit, priorem de vulnerato, posteriorem de occiso teneri contra Zasium per l. 7. §. 6. ff. ad L. Aquil. cum Arum & statuimus.
3. Causam jurejurando decisam prætextu perjurij retractandam non esse ex l. 1. C. junctâ l. 5. §. 2. ff. de jurejur. afferimus.
4. Oblatam culpam in litem jurari ex l. 2. C. de in lit. jur. idem affirmat Arum. cuius calculum addimus.
5. Semiplena probatione factâ deferri posse Fuzamentum suppletorium contra Duar. & Donell. cum Sichard. ad l. 3. C. de R. C. ex rationibus adductis nobis persuademos.
6. Mero & mixto imperio alieni in territorio conceſſo, delicti in viâ publicâ ejusdem territorij admitti cognitionem injustè sibi cum arrogare contra eundem Alciat. defendemus.
7. Duobus defendo abusivè investitis, si alter eorum

4-362

eorum possessionem prius natus sit, potiorem eum in  
fendo retinendo esse contranegantes propugnabimus.

8. Legitimos sine distinctione ad successionem  
fendalem inhabiles esse per c. unic. §. naturales si de  
feud. defunct. content. cum Vult. Sonsbec. & alii  
contra communem tuebimur.

9. Capitulationem immensa potestatis jura  
coarctantem, Majestatem Principis non evacuare,  
nec juramentum eo nomine praestitum ei quicquam  
derogare contra Bodin. & Arnis. dicere non vere-  
musr.

10. Spinoza dissertationi nostrae finem afferat  
quaestio, An Christianus Magistratus bello regionis  
& religionis ab alio itidem Christiano crudeliter  
pressus, si se tueri aliter non possit cum Turca vel a  
lio infideli fœdus adversus persequenter Christianum  
Magistratum inire possit? Quod cum Rein-  
king tract. de reg. sec. & Eccles. lib. 2. class. 3. c. 3.  
(hujus & contraria assertio fundamenta crudel-  
tissime per sequente) & alii pluribus ab co-  
relatis absolute negamus.







[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn731518608/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731518608/phys_0028)

DFG

eorum possessionem prius nactu  
fendo retinendo esse contranega

8. Legitimos sine distinctione  
feudalem inhabiles esse per c. u  
feud. defunct. content. cum V  
contra communem tuebimur.

9. Capitulationem immen  
coarctantem, Majestatem Pr  
nec juramentum eo nomine pr  
derogare contra Bodin. Ⓛ Ar  
mum.

10. Spinoza dissertationi n  
quæstio, An Christianus Mag  
⠁ religionis ab alio itidem C  
pressus, si se tueri aliter non po  
lio infideli fœdus adversus pe  
num Magistratum inire possi  
king tract. de reg. sec. Ⓛ Ecc  
(hujus Ⓛ contraria assertio  
tissimè persequente) Ⓛ al  
relatis absolute n

em eum in  
gnabimus.  
cessionem  
rales si de  
c. Ⓛ alis

is jura  
vacuare,  
quicquam  
non vere  
mum.

n afferat  
lo regionis  
crudeliter  
rcā vel a  
Christia  
um Rein  
laß. 3. c. 3.  
ta erudi  
abo

